



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Vendere quod pro quo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

seu balneo tres infirmos curare posset, tria integra stipendia iuste perciperet. Parique modo equum, qui tria equa debet Romae, ita tibi possem ad eundem locum remittere ac si pro te tantum redeat, quia sunt exempla ciuili-
legimus, cum Lellij.
Dixi (in solidum) nam si obligatio fieret singulis pro obolo quodammodo, alia esset ratio. Nuntius, v.g. Ordinarius fecit stipendia iuste percipere, non potest recipere integrum stipendium, nisi singulis, quia in Nuntio Ordinario, contribuere quilibet ex sua parte, & non integrè intendit ad constituendum, sed scilicet unum in egrum salarium.
Pari modo, quia una Peregrinatio v.g. vel una Missa, vel unica oratio uni promissa, pro illo uno tantum valet, non potes alteri eandem promittere. Vide eundem Lellium.
An idem sit dicendum de Commissariis, aliisque Ministriis, qui uno die expediunt negotia multorum, multo tempore ipsorum stipendia accipiunt; Vide apud eundem Lellium, ibid. qui concedit, quando aliud Magistratus, seu Princeps non taxaverit: & aqua utilitas habetur in negotiationibus, Lellium sequitur Bauni in sing. cas. 73. & cas. 204. ubi de salario Commissarii.

Prætextu minoris pretij rem venditam diminueret.

1. In iustitia reus est, qui rem vendit infimo pretio, & parum mercedis tradit. Si ulna, verbi gratia, panni rigosi valeat quinque, infimè quatuor; non potest Mercator vendere ulnam pro quatuor, & non tradere integram partem ulnam, eo colore, ut sibi eiusmodi partem referat, pro eo, quod d. est ad pretium rigorosum. Ita Molinæ d. 351. Ratio est, quia sic Mercator non ita ter contractui, & pacto inito cum emptore de vendenda illi integra panni ulna, & sic illum deciperet, ut in tantum tunc incommodum non raro sequens; nam emptori non sufficit, verbi gratia, pannus ad vestem sui comparandam, &c. nec sufficit huic, cui necessaria est uncia electuarij, si tu occultè semi-unciam tradas.

2. Neminem puto refragaturum allatæ doctrinæ: Aliud emens, quod probabiliter docent Tolet. Val. Sotus, Rebelli, alique, quos citat, sequiturque Salas dubio 35. n. 4. defraudantem in pondere, vel mensura non teneri ad restitutionem, quando ita defraudat, ut si quid iuste competeret: Aliud est, quod nos hactenus docuimus. Nam si lex de pretio alicuius rei esset iniusta, vel ementes ex malitia conuenienter solvere minus, quam verè re valeat: posset tunc ad se indemnem seruandum, Mercator, quando propter coactionem non potest se à vendendo retrahere, aliquid diminueret de pondere, vel mensura.

Vina, verbi gratia, panni valet iuste quinque aureis, verum, siue ob legem iniustam, siue ob potentiam, siue ob malitiam emptorum, ipsi solvunt quatuor iuste Mercator dabit minus de ulna panni, quantum scilicet satis est ad suum iustum pretium supplendum; & Ratio est, quia pretium, quod solvitur, supponitur esse minus infimo, atque adeò iniustum; quare Mercator sic diminuendo de merce, inducit æqualitatem, & ex alia parte emptori iniusto imputabitur damnum, quod ipsi eidem forte sequitur (nisi, in aliquo casu magni damni, aliud dicat charitas, &c.) At in casu numeri præcedentis, non ita, quia ibi pretium, quod emens solvit, licet infimum, iustum tamen est. Et nihilominus puto, si Mercator omnino pretio summo volebat vendere, ad quod cerè lus habet, & emens compelleret iniuste ad vendendum infimo: posset tunc Mercatorem sibi pretium summum, diminuendo de mensura compensare, quia tunc reddit ratio suæ indemnitas, & damnum emptori fortè obueniens, ipsimet merito imputabitur, ut dictum est.

Hoc pertinet, quando prætextu, quoddam vili pretio vendis, rem de industria deteriotem reddis, miscalce, verbi gratia, aquam vno, & vendis eo vili pretio, quo

re vera illud vinum eà dilutum aqua valet. In quo casu dux expendi debent difficultates: Altera, an tunc pecces contra ementes? Et huius dissoluit colligitur ex mox dicendis à num. 11. & præsertim num. 27. Altera, an pecces contra alios Mercatores, ad quos non accedent emptores, quia allesti à vili pretio, quo tu vendis, ad te confluent? Atque ad hanc breviter respondeo, te peccare cum obligatione restituendi Mercatoribus, quanti ex morali iudicio eorum interest hoc tuum stratagemata. Ratio est, quia quilibet habet ius iustitiæ, ne vi, vel fraude à suo lucro deturbetur: tu verò in hoc casu per tuam fraudem divellis Mercatores ab ipsorum iuste sperato lucro. Quod cerè peccatum, restitutionisque onus tu non contraheres, si solum decresceres in pretio tui puri vini: nam tunc sine fraude, & quidem bonis artibus ad te emptores alliceret, & per accidens ab aliis Mercatoribus auerteret. Lege Bardi lib. 1. Sella. questio. 2. sect. 1. num. 14. id fuisse prosequentem, de Lugo tom. 2. de iustitia, disput. 26. n. 135. & Dian. part. 1. tr. 8. resp. 80.

Venditio rei villioris mixta cum pretiosiore.

6. Ab Argentariis, & similibus icitè venditur argentum, & aurum mixtum cum eo metalli genere, quod dicitur Lega; à Ferrariis ferrum mistum aliquibus granis arenæ; à Fabricaldariis æs mixtum cum modico ferro; à Vinitoribus mustum, ad quod decoquendum, necessaria addenda est modica aqua, &c. modo seruentur tria. Primò, ut misceatur solum id, quod est necessarium ex arte. Secundò, quod consuetum. Tertio, in parva quantitate. Ita Azor. p. 3. lib. 8. de empto & vendito. cap. 23. quest. 3. ex Cordub. in sum. quest. 8. Ratio est, quia hæc ita communiter æstimantur, & venduntur in foro.

An vino misceri aqua, ac frumento misceri secale, vel quid simile, liceat, innui supra, §. 3. n. 4.

Vendere quid, pro quo.

7. Vitium id Pharmaco-polarum est familiare, qui aquas ex herbis extractas, ipsas herbas, radice, &c. varia electuaria ab emptoribus expetita, cum in promptu aliquando non habeant, alia non absimilis virtutis tradunt, ne in ipsorum Officinis deesse illa emptores conquerantur, minusque propterea illam frequentent.

8. Profectò, si certum evidenter esset, eas supposititias res iisdem proferre virtutibus, nullius culpæ hunc vendentem condemnarem: ceterum dum unum pro alio tradis: Primò, ementem decipis, dando aliam substantiam ab expetita. Secundò, accipis certum pretium, pro incerto medicamento. Tertio, infirmi salutem non consulis; & utinam illam aliquando non offendas, dum, Medico mandante quoddam electuarij genus, tu aliud, quod tibi videtur non dissimile, cum dissimile fortè sit, invito porrigis.

9. Solum ergo te à gravi culpa excuso, quando, ut dixi, certus es de æqualitate virtutis, seu, ut universalius loquar, quando certus es fore æquè, vel quæ æquè utilem rem ementi; tunc enim is non erit probabiliter invitatus graviter in ea re emenda. Rursus si certò prævideas damnum fore admodum leve, culpa reduceretur ad levitatem, ratione parvitatis mareræ. Quid enim damni gravis est, verbi gratia, si ad usum comedendi iusto pretio tradas unum genus piscium, pro alio parum diverso, Vinum Chium pro Cretico, &c. Ita Toletus, Valent. Ledesma, Sotus, Salon, alique, quos citat, sequiturque Salas de emptione, dub. 35. cir. num. 1.

10. Quoad restitutionem: Certum est, te debere restituere excessum pretij, si fortè à te acceptus est supra iustum pretium rei, quam tradidisti, (etiam si eiusdem fuerit utilitatis) vel supra pretium, quo em-

ptor rem eandem alibi fuisset empturus. Certum præterea, re integra, hoc est, existente adhuc re tradita, re in re gravi obligari ad rescindendum contractum, & ad reddendum totum pretium. Certum denique est, re debere rescindi omnia damna fortè ex tua deceptione consecuta. Quæ omnia patent ex Regulis generalibus de restitutione.

De fraude, & dolo interveniente in ipsa venditione.

11. Celebris est hæc difficultas, ac millies agitata, nam propterea eam omittere decrevissem, nisi inæconomica iudiciali, alibi amandare lectorem meum in re valde necessaria, & frequentissima, & quod reputetur ita implexa, ut testetur de Lugo tom. 2. de iustitia disp. 22. sect. 6. num. 87. sine, etiam Sanchez clarissimum alius Doctorem hac in re variè, & obscurè locutum esse.

12. Advertendum ergo est primò: Cum aliquis rem vendit pluris, vel emit minoris, quam ea valeat, duobus id modis facere potest. Primò, ignorans iustum rei pretium; & tunc dicitur deceptio in re ipsa intervenire, & non à proposito. Secundò, sciens, & deceptio tunc dicitur à proposito. Rursus hæc, quæ est à proposito, interdum fit cum dolo, ut cum quis aliquid fingit, vel mentitur, unde alter decipiatur; interdum sine dolo, ut cum quis absolute rem vendit eo pretio, quod sit supra rigorosum, nihil tamen fingat: quo pacto eumentem decipit quidem, seu damnicat à proposito, sed sine dolo.

Advertendum secundò: Eiusmodi dolus, vel etiam error potest accidere, vel circa substantiam rei venditæ, veluti si putes te emere aurum, & emis aurichalcum; vel circa accidentia, veluti si putans emere vinum verum, vel equum sanum, emas vinum novum, vel equum claudum. Quid intelligatur hic nomine substantiæ, & nomine qualitatis, explicabitur mox num. 17. clariùs.

13. Advertendum tertio: Ipse dolus, seu error substantiæ, vel accidentium dupliciter potest intervenire in contractu. Primò, ita ut dolus, vel error det causam contractus, id est, si error, vel dolus non adesset, nulla ratione iniretur contractus. Secundò, ita ut incidat in contractum, id est, patiens illum dolum, vel habens illum errorem, contraheret quidem, sed non tanto pretio, verbi gratia, emisset quidem illum equum, etiam si scivisset esse claudum, sed viliori pretio? Id, quod ex conscientia, & verbis, seu scriptura patientis dolum, est conciliendum. Subadvorte, dolum posse provenire, vel ab aliquo ex contrahentibus. Vel ab aliquo tertio, sciente & consentiente ipso contrahente. Vel denique ab aliquo tertio, nihil scientibus ipsis contrahentibus: Quando tertius est Procurator; Tutor, negotiorum gestor alterius, non dicitur verè tertius, sed cum faciat unum cum ipso, dicitur unus ex contrahentibus.

14. Advertendum quarto: Quando venditor non recipit dimidium iustæ æstimationis, ut si res infime pretio valeat viginti, ipse autem vendat novem, dicitur decipi infra dimidium? At verò, quando emptor solvit plusquam dimidiam partem iusti pretij; ut si res valeat rigorosè decem, ipse emat sexdecim, dicitur esse deceptus infra dimidiam, ut per occasionem num. 1. item innumus. His præmissis, sint hæc tres regulæ.

Regula prima: Quando dolus contrahentis dat causam contractus.

15. Si dolus sive gravis, sive levis (lege de Lugo tom. 2. de iustit. disp. 22. sect. 7. num. 142.) vel error, sive in substantia sive in qualitate, seu accidentibus de verè causam venditioni, vel cuicunque contractui bo-

na fidei, & dolus proveniat ab altero ex contrahentibus, vel a quocunque tertio cum contrahentis consensu, Molin. disp. 259 & 321. Fagundes de contract. lib. 1. c. 1. & alios citatos. Præterea, Contractus est invalidus utroque foro: (lege Lessium lib. 2. cap. 17. disp. 3. que apud de Lugo tom. 2. de iustitia, disp. 22. sect. 6. num. 87. o. quàmvis horum aliqui dicant esse relictum, dum huic contrahenti, aliqui, esse ex iure natura, dum ex una parte.) Excipit semper Matrimonium, quod validum est, quando non est error circa substantiam, de num. 24. Secundò: Datur deceptio, non deceptio, deceptio, vel contractum relinquendi, vel eidem contractui compensatione eius, in quo ipse innocens fuit. Tertio: Idque etiam si deceptio sit ultra, ut in dimidium. Ratio primi est, quia ubi deficit consensus, deficit contractus: at hic omnino deficit consensus, enim est dolum dare causam contractui, ut dicitur num. 13. Ratio secundi est favor, qui debetur innocenti. Ratio tertij est, quia sic meretur (etiam in foro canonico) qui dolosè agit. Immo autoritate propria, et ante iudicis sententiam ipsum resistere à contractu potest, si velis, mihi dubium non est: quia ubi nullus fuit consensus, ibi repellere contractum proprio iure potest.

Dixi autem contractui bonæ fidei contractum stricti iuris in casu hoc, quando dolus dat causam contractui, validos esse, sed rescindendos, multorum fuit opinio, id, quod lege apud citatos Doctores, & ego innui supra, c. 6. §. 2. n. 5.

16. Quid, si error sit in substantia, vel quædam dantibus causam contractus, sed nec aliquo ex contrahentibus, nec alio tertio dolum machinante? Respondeo, si sit error in substantia, nullus est contractus, quia nullus est consensus, ut patet ex dictis de contrahentibus in genere, si sit in qualitate, dicam mox in motu prima.

17. Quid hic intelligatur nomine substantiæ, & nomine qualitatis? Respondeo, id per maxime refert cognoscere, ne in multis erroribus prolapsi. Certum est ergo non intelligi hæc physice: Si enim tu velles emere equum ad iter multorum dierum, vel ad pælem gignendam; & loco equi juvenis daretur tibi equus annosus: Certè non esset deceptio in substantia physica, & tamen esset error in substantia in re nostra.

Et quamvis in matrimonio deceptio illud irritans sit, quæ affert errorem in persona, & substantia physica, & perquam in qualitatibus, quando hæc refunduntur in errorem personæ; (de hoc vide Basilium Pont. lib. 4. de matrimonio, cap. 2. & ibid. citatum Themam Sanchez, & Agidius); at in aliis contractibus magis latè patet deceptio in substantia: ita nimirum, ut nomine substantiæ intelligatur illud obiectum, quod principaliter, & fere adequatè movet hominem ad contrahendum: nomine qualitatis, illud, quod minus principaliter. Quia si notabiliter res differat ab obiecto à te intento, & cogitato, dicitur adesse error in substantia: si differat leviter, dicitur adesse in qualitate. Affert Sanchez lib. 4. summ. cap. 2. num. 11. in simili dum exempla, & alia non attulimus sup. lib. 3. cap. 13. cum de voto, quem locum relinquit. Si quis enim voveret Religionem, putans in ea carnes solere comedi, si inveniat in ea perpetuam illam abstinentiam, error erit in substantia Voti, quia notabiliter Religio inventa variat à Religione à se cognita, & intenta, atque adeò irritum erit votum: Sicus, si inveniret semel, verbi gratia, in hebdomada jejuniæ, quia non notabiliter variat, &c. Patet modo, si quis decipiens dicat Romam parum distare, & ideo eius peregrinationem voveas, deciperis in substantia, si multum distet; at deciperis in qualitate, si non multum distet ab eo, quod dictum tibi est. Advertit tamen idem Sanchez illud (parum, & multum) debere fieri respectivè, non absolute, siquidem respectu nobilis puellæ, multum quid erit distantia pedestris decem milliarum.